



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 26. Carolus IX. Tutelam egressus a Rothomagensi Senatu declaratur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul XVI.  
A.C. 1563.

milites egredientur. VI. Utrinque capti absque lytro liberi dimittantur. VII. Comiti, Anglisque, qui in urbe morantur, inde cum omnibus ad se spectantibus discedendi libertas concedetur. VIII. Abibunt intra sex dierum spatium, nisi adversa tempestate prohibeantur. IX. Pro suo discessu Angliæ navibus, aliisque ad deferendas copias destinatis portum intrare, atque eo solvere integrum erit, quin ulla ratione prohiberi valeant.

§. XXVI.

*Carolus IX. Tutelam egressus a Rothomagensi Senatu declaratur.*

Equidem Regina Galliarum Administratrix inter ceteros pacis articulos Condæ Principi sponderat, quod eidem supremam Regni totius administrationem sub Regis nomine deferre vellet, cum autem haud immerito timeret, ne auctoritas tam amplæ dignitati annexa sibi funesta accideret, hinc illum ab hoc munere exclusit, Regique auctor exstitit, ut se Tutorum potestatem egressum declararet: cum vero Rex nondum decimum quartum ætatis suæ annum penitus expleffet, atque aliunde Parisiensis Senatus nupero edicto, quod Rex tamen tanquam primam suæ potestatis functionem confirmare

mare debuisset, sese constanter oppo-  
neret, ac proin ætatis vitium eidem ob-  
jiceret, hinc sancitum, ut ad tollen-  
das omnes difficultates, quas Parisiens-  
fis Curia opponere timebatur, Rex  
Rothomagum deduceretur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

Hujus urbis Curia cum facile his  
Aulæ Francicæ postulato cederet, Ca-  
rolus IX. die decima septima Mensis  
Augusti regnorum administrationis su-  
scipiendæ capax ibidem declaratur, at-  
que in suo sermone, quem hanc in rem  
pronuntiabat, inter alia ita effatus est:  
„Volo, ut edictum a me conditum, quo  
„usque ad Concilii sententiam contro-  
„versæ de Religione decisæ fuerint,  
„aut aliter ipse decreverim, ab omni-  
„bus religiose observetur, illi vero, qui  
„illud violaverint, tanquam rebelles,  
„& imperia nostra detrectantes, casti-  
„gentur: præcipio insuper, ut omnes  
„ubique in Urbibus, ac Regni mei pa-  
„gis arma deponant: præterea sub pro-  
„posita perduellionis pœna prohibeo,  
„ne ulli Franciæ Regno subditi, non  
„exceptis quidem fratribus meis, post-  
„hac in peregrinis ditionibus, nisi pe-  
„tita a me venia, aut cum Principibus  
„sive fœderatis, sive hostibus secreta  
„consilia habeant, illucve me incio  
„mittantur: ad hæc peto, ne ulla pe-  
„cunia sine jussu meo cogatur, aut con-  
„ferre

Sæcul. XVI. „feratur, edicto ea de re proposito, quod  
A. C. 1563. „in omnibus Regni Curiis promulgari  
 „volo:„ his dictis Rex Senatores admon-  
 nebat, ut recte, riteque jus dicant,  
 suamque conscientiam erga Deum libe-  
 rent, ita, ut omnes quiete, secureque  
 degentes in obsequio sibi debito con-  
 tineantur.

## §. XXVII.

*Regina Regni administrationem  
abdicans.**Thuan. l. c.*

**T**um Hospitalius Cancellarius, pri-  
 musque Præses orationem habe-  
 bant, in qua ferme nonnisi ea, quæ  
 Rex breviter proposuerat, ipsi copiosa  
 verborum ubertate repetiere. Finito  
 hoc sermone Regina assurgebat, atque  
 ultro Regni administrationem ab Ordini-  
 bus Regni delatam in filii jam ma-  
 joris manus se consignare declarabat,  
 ubi in publicam obsequii fidem ibat ad  
 Regem, qui eam e throno descendens  
 aperto capite excepit, illamque amplexu  
 honoravit, ac suscepta hoc ritu Regni  
 administratione, eandem magis, ac  
 antea in suæ Matris potestate futuram  
 dixit, cum vero rursus Rex in solio con-  
 sedisset, Principes, ac Proceres, qui ad-  
 erant, ad Regem perrexere, & flexis  
 in terram genibus ei manum deosculati  
 sunt.

Per-